



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Directorivm Ecclesiasticae Disciplinae, Coloniensi  
praesertim Ecclesiae accommodatum**

**Frangipani, Ottavio Mirto**

**Coloniae Agrippinae, 1597**

**VD16 F 2269**

De Custodibus, Campanarijs, & alijs eiusdem muneris atque officij  
Ecclesiae ministris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62032)

non obstante. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, statuti, ordinationis, mandati, subiectionis, innouationis, precepti, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, 1570. pridie Kalend. Decemb. Pontificatus nostri Anno Quinto.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyr.

Anno à Natiuitate D. N. Iesu Christi, 1570. indictione xij. die verò septima mensis Decemb. Pontific. Sanctissimi in Christo Patris & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. anno quinto retroscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt, in Basilicæ S. Iohannis Lateranensis & Principis Apostolorum de Vrbe, ac Cancellariæ Apostolicæ valuis, & acie Campi Floræ, dimissis illarum copijs affixis per nos Ioannem Andream Panizam & Petrum Aloysium Gaitam prælibati S. D. N. Papæ Curf.

Camillus Cherubinus Magister Cur.

## DE CVSTODIBVS, CAM- PANARIIS, ALIISQVE EIVSDEM muneris atque officij Ecclesiæ mi- nistris.

**A**D decorem domus Dei & Ecclesiasticæ reformatio-  
nis integritatem, quam pro Legationis nostræ mu-  
nere flagranti perpetuoque studio molimur, pertinet;  
vt ea etiam officia ac munia, quæ humilia ac minima in  
Ecclesia esse videntur, magna diligentia, honestate ac  
grauitate peragantur; eoque accuratius, ac religiosius ex-  
erceantur, quò humiliora habentur; ne si negligenter, 1. Cor. 12.

X x 3

for-

sordidè ac sine cultu fiant, diuino cultui, quò destinata sunt, magis officiant quàm seruiant, magisquè pulcherrimam Ecclesiæ faciem dehonestent; quàm si prorsus non essent.

*Conc. prouin.  
sub Herman.  
§ parte 3. ca.  
vlt. Adalp. 3.  
in his que in  
Cathedralib.  
Collegiat.  
Ecclesijs in-  
quirenda sūt  
§ 33 pa. 480.  
b et § 76 pa.  
483. a et ibi.  
§ 78.*

2. Cùm igitur Custodes seu Campanarij, Ostiariorum in Ecclesia munus gerant, ac pleraque obire teneantur, quæ vetus Ecclesia, nullis nisi in minoribus Ordinibus constitutis agere permisit: vt sanctorum Ordinum functiones in vsu iuxta sacros Canones reuocentur, nec ab hæreticis tanquam otiosæ traducantur, & homines laici leues, nulloque rerum Ecclesiasticarum amore imbuti à ministerijs Ecclesiasticis arceantur; illius pristini moris restituendi desiderio flagrant, decernimus, vt in posterum, ad Ostiariorum, Custodum, seu Campanariorum ministerium non alij admittantur, quàm viri Deum timentes, religiosè pij, honestæ vitæ, strenui, & in arte cantandi periti; qui in dicto Ordine iam constituti sunt, aut habiles, idonei, & digni, vt mox ad illum promoueantur; omnesque post hac bigami, tabernarij, infames aut aliqua sordida officia exercentes, & qui tonsura Clericali insigniti non sunt, ab hoc munere excludantur.

3. Qui autem habiles ad id muneris & idonei inuenti fuerint, atque ad ministrandum in hoc ordine Deo & Ecclesiæ assumpti: hisce constitutionibus deuotè, ac religiosè sese conforment.

*Conc. prouin.  
sub Adalp. 3.  
in Censur. &  
Decret. cap.  
Delatam  
quoque p.  
448. c. Idem  
Adalp. in his  
que in Cathe-  
dral. & Col-  
legiat. Eccle-  
sijs inquiren-*

4. Barbam aut comam indecentè, quemadmodum in prouinc. Concilio sub Adalp. 3. vetitum est, ne nutriant; sed tonsuram ac habitum gestent Clericalem; & cùm ministeria sua exhibent, albis præterea & mundis superpelliceis induti sint. Quare admoneantur, semper quidem eos à reliqua plebe, vitæ & morum sanctitate, tantum debere esse segregatos, quantum clericali vestium ac tonsuræ forma segregati ab illa sunt: at verò cùm Ecclesiasticis ministerijs funguntur, ac religiosa veste fulgent,

gent, à semetipsis quoque quales in familiari & domestica conuersatione sunt, singulari quodam pietatis splendore ac morum grauitate oportere esse discretos, vt nihil in eis tum appareat, quod personæ priuatę magis quàm publicę, quam gerunt, conueniat.

*radio Episcopo Colonienfi, cap. 8. pag. 12. c. Statuti VVichboldi, cap. 17 pag. 56. b. Conc. prouin. Anno 1310 habit cap 16 pag 81 d Statuti VVilhelmi ca 31 pag. 18. d.*

*da sunt, §. 78  
pagin. 483 a.  
Conc prouin.  
sub Herman.  
5 parte 3. ca.  
vli. Conc pro  
uinc. sub Con  
sub Henrico,*

5. Ostia Ecclesię diligenter custodiant, eaq̃ue debitis temporibus aperiant, ac finito diuino officio mox claudant, maximè si templa in quibus seruiunt, eo constituta sint loco, vt compendij gratia, quasi per plateam publicam, publicus per eam transitus irreuerenter fiat, aut non tam orationis, quàm prophanę deambulationis causa, conuenire eò homines soleant.

6. Vestibula portarum templi, ex ea solùm parte reseruant, qua nec ex platea in templum, nec ex templo in plateam prospectus esse queat.

7. Diebus ferialibus, & quandocunque populus agminatim ad Ecclesiam concurrere non solet, non integras valuas, sed minimas duntaxat templi ianuas aperiant, easq̃; ita componant, vt transeuntes cum oneribus intrare non possint. Qua de causa & cratibus ferreis, quas onera portantes difficulter transeant, & vestibulis ac diatyris, quę se inferendis oneribus obijciant, & ianuis paruis ac humilibus, in ipsis valuis excisis, atque ostijs quę contra intrantes suo pondere renitantur, alijsq̃ue obstaculis ingressum templi onera portantibus, pia ac sollicita maiorum prudentia impeditum esse voluit. Quę omnia nunc in nouanda censemus, vt domus Domini soli orationi sancta sit, ne tandem crescente hominum impietate in publicam plateam vertatur.

8. Si quos autem nihilominus onera per templum irreuerenter portare animaduernerint, eos ad ruborem suum, istac qua intrauerant, educant.

9. Nul-

Matth. 21. 9. Nullos ementes aut vendentes in propylæo Eccle-  
 Marc. 11. Luc. 19. Ioan. 6. fia, aut pro illius foribus propius quàm deceat, Christi  
 Synod. Dioc. ces. sub Adol- exemplo patiantur; & maximè eos hinc abigant, qui vi-  
 pho 3. Anno num vendunt igni eliquatum, quod vinum adustum  
 1550. feria 3. vocant, ne plebs, cui hoc pro ientaculo sumere consue-  
 post Remigij tudo est, foctenti anima totam Ecclesiam inficiat, alijsq;  
 habitis in m<sup>a</sup> ieiunis caput dolere faciat.

dato, cuius initium est. Quum inter omnia pa. 516. c. d. & § 34 in his que idem Adolph. in Ecclesijs  
 Cathedralib. & Collegiat inquirenda decreuit pag 480. b.

Synod. Dioc. cesan. sub Si. 10. Cœmiteria ab omni spurcitie & immunditia, san-  
 fid. cap. 11. cta custodiant, caueantque ne quid in eis indecorè fiat,  
 § 4 pa. 45. b. præcipuè ne sepulcorum ossa, vel à canibus aut porcis  
 comedantur, vel ab hominibus conculcentur.

11. Canes, porcos, aliasque bestias à domo & aula san-  
 cta Dei perpetuò arceant, ac mox si quando illam ingref-  
 sa fuerint, eijciant. In quod opus, in quatuor templi par-  
 tibus, flagellum semper ad manus sit.

Adolph. 3 in 12. Nec minus eis curæ sit, vt ex Ecclesia Dei eijciant  
 his que in Ca- canes mysticos, interdictos, excommunicatos, hæreti-  
 thedralibus & Collegiat. cos, & qui ad templum veniunt, vt illud prophanent, aut  
 Ecclesijs in- sanctas Ecclesiæ caremonias ludibrio habeant; diligen-  
 quirenda tissimeque curent, ne qui ex his alijsve indignis, ad sacra-  
 sunt. § 33 pa. 480. b. Conc. menta & sacrificia, quæ solum filiorum Dei sunt, admit-  
 Laodic. ca. 6. tantur.

Adolph. 3 in 13. Prophanæ deambulationes, risus, rixæ, incondita  
 his que in Ca- & irreligiosa colloquia, inuerecundæ & importunæ ele-  
 thedral & mosynarum emendicationes, & quæcunque orationis  
 Colleg. Eccle- aut concionis tempore, sacerdotum aut populi animû  
 sijs inquiren- in diuersa trahere possent, vel his aut illis molesta esse,  
 da sunt § 34. quæque item domum Dei quouis modo prophanarēt,  
 pag. 480 b. cultusque diuini honorem minuerent, ne fiant siue in  
 templis, siue in locis templo vicinis, pro virili sua parte,  
 & domus Dei zelo, prohibeant.

14. In sacristia altum ac perpetuum curent esse silenti-  
 um, nec eò vnquam foeminas ingredi patiantur.

15. Ab omnium sordium genere Ecclesiam semper  
 mundam

mundam tueantur, & magna deuotione fatagant, vt in ea pro honore ac gloria Dei omnia splendida sint atq; ornata; nihilq; officij sui intermittant, quin empla Dei hoc sint, & verè atq; omnimodè esse appareant, ad quod ædificata & consecrata sunt; typus nimirum, & imago quædam matris nostræ, quæ in cælis est, Ierusalem.

16. Feretra, seu vehicula, quibus in supplicationibus Sanctorum reliquiæ aut imagines portantur, & fulcra quibus in medio templi certis diebus proponuntur, aliæque impedimenta eo loco, certo ordine reponant, vbi nihil decori & pulchritudini domus Dei officiant.

17. Qualibet hebdomada totam Ecclesiam scopis verrant, omniaq; ex ea purgamenta eiciant, nec minus hac in re studeant placere Christo Domino, quàm regibus aut principibus placere volunt, qui eorum regias atq; aulas curant; quinimò quàm ipsi domi suæ famulum aut ancillam in curanda re domestica, omnibus modis, placere velint sibi.

18. Quotannis minimum ter, imminente nimirum festo Natiuitatis Dominicæ, Resurrectionis eiusdem, ac Assumptionis gloriosæ virginis Mariæ, omnia templi laquearia, omnes parietes, omnesq; fenestras vitreas, sacras imagines, columnas, columellas ab omni puluere, atque araneorum telis liberent.

19. Sacrosancta altaria, eorumq; fornices, lacunaria atq; regumēta perpetua cura ab omni puluere, & araneorum opere tersa semper ac nitida seruent.

*Synod. Diœcesana sub Sifrido habita cap. 7. pag. 39. c.*

20. Eadem in singulos dies pro temporis ac solemnitatis ratione pallijs conuenientis coloris exornent, & sacras vestes in sacristia pro colorum varietate, ad Sacerdotum atq; aliorum ministrorum in sacrificijs, diuinisq; officijs dignitatem ac grauitatem tuendam, mysteriorumq; rationem in tempore proferant.

21. Aulcīs, tapetibus, ac frondibus templi parietes, ac

Yy

pului

puluinaribus sedilia, cū diei alicuius festi celebritas postulauerit, exornent; omniaq; quæ ad cultum & ornatum domus Dei faciunt sedulo præstent. Peracta autem celebritate, ea quæ exposuerant, ab omni puluere ac macula, si quam fortè contraxerint, diligenter expurgēt, & in armaria sua recondant.

22. Ut autem de colorum distinctione, certa constet varietas, nec pro custodis voluntate quotannis varietur Ecclesiæ facies, cū nihil hac de re in statutis aut ritualibus libris Ecclesiæ Colonienſis scriptum inueniamus; Volumus vt colores paramentorum altaris, sacrificantis & ministrorum, quò officio Missæ & diei semper conueniant, iuxta præscriptionem libri ritualis, & vsū Romanæ Ecclesiæ varientur, tum maximè, cū de obseruatione Metropolitanæ Colonienſis Ecclesiæ ex certa traditione, certi nihil constat.

23. Diligentissimè curent, vt ne venerabiles ac pretiosæ Sāctorum Reliquiæ sacrilegijs aut furto exposita sint; ne item vileſcant, ac sine cultu iaceant, vel irreuenter ab aliquibus tractentur; sed nec ipsi id faciant, neque eas, aut sacros calices, patenas, aliaq; sacra vasa, corporalia, purificatoria, nisi in sacris Ordinibus constituti fuerint, attingere ausingant: ne temeritate sua, iram Domini super vniuersum populum inducant.

1. Paral. 15. 2 Regum 6. De consecrat. Dist. 1. cap. In sancta; & cap. Vestimenta Distin 23. cap. Sacratas, cap. Non liceat. Concil. prouinc sub Herman 3. parte 3. cap. vltimo Stephan. Papa Epistola 1. ad Hilarium Episcopum D. Gregor lib. 3. epistolarum indict 12. epistola 30.

24. Quodcumq; quis sacrificaturus est, signo campanæ id populo indicent, altare parent, candelabra ponant, cereos accendant, puluinaria seu pluteū ad suffulciendum librum missalem, vrceolos cum vino & aqua, librum missalem, tabellam osculatoriam, & hyeme etiam foculum cum prunis, ad cornua altaris, dum Sacerdos sese parat, apponent: eidem in tempore idoneum ministrum accersant, & si is haberi non poterit, aut in administrando non rectè suo fungatur officio; ipsimet Sacerdo

Sacerdoti administrent: vel si ab hoc per alia necessaria ministeria impediuntur, saltem negligentiam, defectus, aut errores administratoris corrigant, omniq; cura & sedulitate circumspiciant, vt sacrificantibus debita cum reuerentia, decore ac grauitate inseruiatur, nihilq; vel ab administro, vel ab alio fiat, quod eos perturbare possit.

*Statu Vrbis  
boldi, cap. 17.  
pag. 56 b. c. c. c.  
cil. Præuinc.  
sub Henrico  
Anno 1310.  
habuit cap. 16.  
pag. 81. d.*

25. Casulas, quibus dalmaticæ aliquæ correspondent, quæque ad hoc factæ sunt, vt non nisi cum Diacono ac Subdiacono administrante, in Sacerdotum vsum sint; ad alias Missas, quæ sine hisce ministris fiunt, non exponant; ne crebriori vsu inter se dissimiles fiant, & dalmaticis integris, casulæ detritæ, & consumptæ sint.

26. Vestes sacras, aliaq; ornamenta, quæ in vsum certorum altarium aut Sacellorum donata sunt, ea ne communia faciant.

27. Absoluto sacrificio, cereos extinguant, altare contegant, omnia quæ apportauerant asportent, suis locis singula restituant. Vestes sacras, non quidem tumultuario, sed seruata plicandi arte ac ordine, debito modo conuoluant, & in vestiario, sine offensione, suauiter reponant.

28. Hostias, in singulos saltem menses nouas, recentes, pulchras, & integras, habeant, ac eas quæ elapso mense superfuerunt, consumant. Vinum autem semper purum sit, & tanto dignum mysterio ac conueniens; non acetosum, non corruptum, vel nimis aquosum, aut à natura sua deficiens. Ne quod mensis, corporisq; refectioni abominabile esset, atq; voluptatis posset esse remedium, id sacrificijs, ad placandum Dominum exercituum, cuius nomen horribile in gentibus, satis bonum, præstans, ac generosum habeatur.

*Synod. Diœ-  
cesana sub S<sup>ti</sup>  
frido cap. 7.  
pag. 39 c. d.  
Malach. 1.*

29. Aquam etiam in vsus sacrificiorum limpidissimam sæper habeant, quotidieq; recens haustam; non in lauacro, aut situla, vnde immergendo vrceolos aut ampullas hauriatur; sed in mundissimo & deceter cooperto angusti oris

poculo, & huic duntaxat vsui seruiente, ex quo in ampullas infundatur.

30. Aquam lustralem singulis hebdomadibus, in aquiminarijs & amulis renouent; aquiminnaria & amulas mundent, & ne quis faciem, manus, vel aliud quidquam in his abluat, prohibeant.

*Sifrid. ibid.* 31. Ampullas singulis mensibus, aut etiam crebrius intus ac foris, ita vt splendeant, diligenter expurgent, aut expurgari curent.

*Concil. prov. sub Herm. 5. c. vlt. parte 2. Concil. provinc. sub Adolp. 3. capit. Delatum quoq; & c. in Decretis & censuris pag. 448. c. d. & in inquis. quas Adolp. 3. in Catbedr. & Collegiat. Eccles. in quirendas digest. sit 5. 74. pag. 422. d.* 32. Toties quoque calices, patenas, corporalia, atque purificatoria, si in quotidiano vsu fuerint, à iuniore sacellano, vel ab aliquo in sacris Ordinibus cōstituto, quimo ab ipso Parocho, si præter eum nullus in Ecclesia quam regit sacris Ordinibus initiatus inueniatur, lauare ac mundari curent. Si autem rarius fuerint in vsu, pro ratione vsus rarioris, differri poterit mundatio, nunquam tamen tam diu, vt aliquid ex his sordidum esse appareat, aut aliqua macula, quæ munditiei studiosum offendere posset infuscatum. In quam rem vas æneum incostile, seu fusili stanno incrustatum habeatur, quod nulli alteri vsui seruiat. Aqua verò huius ablutionis nõ in plateam aut locum, vbi aliarum rerum colluies projicitur, sed in Sacrarium loco honesto, nullique vilitati obnoxio, vbi mox à terra absorberi possit, effundatur.

33. Eadem habeatur ratio albarum, amictuum, mapparum, manutergiorum, omniumq; aliorum, quæ ex lino confecta sunt: quæ tamen per alias honestas personas abluere, & mundari poterunt, vti & corporalium ac purificatoriorum ablutio perfici, cum primùm à Sacerdote vel aliquo in sacris Ordinibus cōstituto abluta fuerint.

34. Candelabra ac reliqua omnia, ænea ac stannea, bis minimum quotannis defricent, expoliant, ac ab omni squalore, ac rubigine accuratè expurgent.

35. Nunquam Domum Dei vel mundent, vel exornent, nec aliquid quod tumultum in ea facere posset, faciant;

ciant; nisi cum finito diuino officio, fores templi clausæ esse solent.

36. Curabunt quoque ne qui humum, sepeliendo cadaveri, aperit, Sacerdotibus aut oranti populo, fabulis, clamore, aut tu multu aliquo molestus sit; ac ne sepulcrum reliquias, quas fodiendo offendit, impiè ac irreligiøsè tractet; neue loculos integros auaritiæ causa frangat, excussoque cadauere, tabulas, aut vendendi, aut comburendi causa domum auferat. Quod si facere præsumpserit, apud illum qui eum ad officium assumpsit accusandus erit, eoq; ab illo priuandus. Saluo nihilominus iure, ff. de sepul. violat. iij. quod in spoliatores mortuorum constitutum est.

37. Quando in templo aperiendum erit sepulcrum, id quoq; si fieri possit, clauso templo fieri curent; ac vel ante lucem, vel prandij aut coenæ tempore, finitiusue vespertinis precibus.

38. Horologia sua rectè dirigant, totius enim Reipub. plurimum interest accuratam temporis haberi rationem.

39. In ciuitate Metropolitana Coloniensi, vbi pleraque templa proprium horologium habent, singuli horologiorum Rectores, horologium suum Cathedralis Ecclesiæ horologio (nisi illud manifestè errauerit) semper consonum esse curent: vt hac in re etiam ostendatur, quanta cum Superioribus, in his quæ bona sunt & laudabilia, ac officio suo bene funguntur, subiectorum debeat esse conformitas ac concordia: qui vt rectè sapiant, potius debent minus sapere, quàm contra Superiorem suum non manifestè errantem se eleuare: *Melior est enim iniquitas viri, quàm mulier bene faciens.* Rom. 12. Eccl. 24.

40. Campanarum sono Ecclesiæ ministros, aliosque Christi fideles, ad diuinum officium, & ad audiendum verbum Dei, ex præscriptione libri functionis, seu ministerij sui, quem ab Ecclesiâ cui seruiunt acceperunt, statuto tempore conuocent.

41. Mane, meridiè, ac vesperi, ad innouandam incarnationis, ac passionis Dominicæ memoriam, & ad excitandum & commonendum populum, ad ea quæ titulo de Pastoribus, Articulo, *Cùm verò iam nihil & c.* constituimus, campanæ maioris pulsu dent signum.

Pag. 312.

42. Idem faciant ad consecrationem corporis & sanguinis Domini; vt cuncto populo offerendi cum Sacerdote detur occasio, & hoc quod pro eo à Sacerdote agitur, votis desiderijsque suis, ipsemet quoque agat.

43. Similiter ex antiqua & laudabili Ecclesiæ consuetudine, concitata tempestate, campanas pulsent; vt aduersariæ potestates, tubas Domini ac Saluatoris nostri Iesu Christi audiētes, territæ fugiant, & à tempestatis concitatione conquiescant; atque populus fidelis adorandum admoneatur & prouocetur, vt supplex ab imminente periculo liberari mereatur.

44. Cùm cantatur diuinum officium, vnà cum alijs alacriter & magno cum affectu concinant, ac vocis suæ præconio laudem Dei concelebrent. Aliàs autem reuerenter & deuotè, prout Sacerdotum ac Ecclesiæ ministros decet assistant; vel flexis genibus, vnà cum Sacerdotibus, Diaconis, alijsque Clericis, ac Dei ministris, preces Ecclesiæ, tota voluntate Deo Patri offerant.

45. Consuetudo quotidiana versandi in templo Dei, ac sacris altaribus assistendi, non faciat vt diuina mysteria ipsis vilescant, ac Sacramentis salutis nostræ, honorem debitum non semper deferant; perinde ac si quid esset quod eis ne hoc faciant, impediatur, aut quasi priuilegio ministerij sui, ab honore ac adoratione Deo facienda exempti essent. Sed eò magis & fides eorum excitetur ac augeatur, & charitatis ac honoris deuotio in Deum magis incaleseat; quò hisce diuini erga nos amoris, ac feruoris mysterijs, & Sacra-

Sacramentis sunt propinquiores. Quare quotiescunque tabernaculum Sanctissimi Sacramenti, aut summū altare prateribunt, siue minimo siue maximo interuallo id fiat, siue soli, siue cū reuerenda hominum multitudine fuerint, faciem reuerenter huc conuertant, ac flexo non nihil poplite Deum suppliciter adorent.

46. Idem obseruent cū aliud altare prateribunt, ad quod Sacrificium fit, ac alios ex populo id non facientes vt faciant, admoneant.

47. Præcipuè autem curent, vt, cū S. Eucharistiæ Sacramentum administratur, communicantes piè ac religiosè accedant, & cū omni reuerentia, ac pietate illud suscipiant: atq; in aliorum Sacramentorum perceptione, prout Christianos decet, sese gerant.

48. Cū sacra Eucharistia ad ægrotos deferenda erit, Sacerdotem cū lumine aperto capite præcedant, ac tintinnabuli pulsu Christi fideles ad adorandum corpus Christi, illudq; comitatu suo cōonestandum & pro ægroti salute vnanimiter comprecandum conuocent.

49. Ad sacrosanctum sacræ Eucharistiæ Sacramentum perpetuò lumen foueant. Quod vt ad testandam fidei deuotionē, religiosè ac magnificè à maioribus obseruatū fuit; ita ne à fidei ac pietatis eorum feruore declinetur, eò maiori nūc contentione, ac studio obseruandū erit, quò magis magisq; tempora appropinquant, ac fortè nunc adsunt, de quibus dictum est; *Filius hominis veniens, Luc. 18. putas inueniet fidem in terra?*

50. Cū corpus Dominicum ex tabernaculo proferendum erit, vel aliàs aliam ob causam Tabernaculum Venerabilis Sacramenti aperiendum, non ipsi hoc faciant, sed du ntaxat Sacerdotes Domini.

Statut Her-  
man. 4. §. 23.  
pag. 274. c.

51. Cū tempore diuini officij Christi fideles munera sua ad altare offerunt, non ea mox à facta oblatione auferant,

auferant,

auferant, sed peracto diuino officio, actum fideliter in Gazophylacium Ecclesiæ mittant, aut ijs, quibus ea tradere tenentur tradant.

52. Ad recipiendas ad altare fidelium oblationes, quæ vel stationum, vel alio quouis tempore offerri solent nusquam, ne in Monasterijs quidem aut Collegijs Virginum, fœmina præficiatur. & sicubi virorum loco in Monasterijs aut Collegijs virginum, Campanariorum aut Custodum fungantur officio, caueant vt ne muliebri aut puerili instabilitate hac illacque irreuerenter per templum discurrant, quinimò fatagant vt orationis tempore, quantum fieri potest, ne conspiciantur quidem.

53. Quando Christiano more cerei, aut candelæ à Christianis fidelibus offeruntur, & ad declarandam suam in Deum voluntatem, vt sunt in holocaustum accenduntur: non eos vel ad priuatos vel ad alios, quàm à populo offeruntur vsus auferant. Sed quod offerentes volebant, ad consumptionem suam ardere sinant, ne cadant in peccatum puerorum filiorum Heli, de quibus dicit Scriptura,

*quod erat peccatum eorum grande nimis coram Domino, quia detrahebant populum sacrificio Domini.*

1. Reg. 2.

Stephan. Pa

pa epistola 1.

ad Hilarium

Episcopum.

\*Cõcil. pron.

sub Henrico

Anno 1310.

cap. 17. pag.

82. a. Adolp.

3. in Inquisi

que in Cathe

dral. & Col

legiat. Eccle

sijs inquiri

debeni. s. 85.

pag. 483. b.

54. \*Diligentem habeant curam vt libri Missales, alique qui diuinis vsibus seruiunt, casulæ, dalmaticæ, corporalia, aliaque Ecclesiæ ornamenta semper integra sint, ac talia vt cum honore ac decore diuinis vsibus seruire queant. Si quid autem laceratum, fractum, aut aliqua instauracione indigere aduerterint, id quàm primum instaurari curabunt, vt ne diuturniori dilacione, damnum maius fiat, & tandem forsitan incurabile.

55. Huius rei gratia fenestras vitreas, tectum, sedilia, aliaque quæ vel ad ædificium, vel ad ornatum, vel ad suppellectilem templi faciunt, diligenter perlustrabunt: & si quidquam instaurandum offenderint, eius quàm primum templorum ædituos, vel illos, quibus hæc cura incumbit, ad-

bit, admonebūt. Qui si in prestādo officio negligentes fuerint, eorum inspectores aut Superiores, huius negligentiae admonendi erunt.

56. Hæc sollicitudo, quamuis custodibus perpetua esse debeat; peculiariter tamen eam & singulari studio, imminente hyeme quotannis cordi eis esse volumus; eisq; præcipimus, vt circa festum S. Michaëlis omnia templi loca obeant; supra ac infra omnia diligenter inspiciant; armaria, ac arcas omnes aperiant, ac perscrutentur; ornamenta singula, & quæcunque eorum custodiæ ac curæ commissa sunt reuoluant, & studiosè intueantur; quæq; reparatione aliqua egere obseruauerint, eadem antè festum omnium Sanctorum reparata curent.

57. Nihil vnquam ex Ecclesiæ ornamentis aut thesauris, aut quacunq; Ecclesiastica suppellectile extra Ecclesiam efferant, aut alijs ad ornandam Ecclesiam suam dent mutuum.

58. Omnia & singula, quorum cura ac custodia eis credita est, quemadmodum iureiurando tenentur, fideliter seruent, atque custodiant: ac fidelitatis suæ quotannis minimum semel (ac sæpius si Ecclesiarum rectores id voluerint, vel Ecclesiæ consuetudo id exigat) iuxta Ecclesiæ inuentarium seu repertorium, faciant fidem.

59. Si verò Ecclesiarum Reçtoribus ex corporalibus, purificatorijs alijsq; Ecclesiæ ornamentis, quædā detrita, aut vetustate cōsumpta esse tūc videbūtur: eadē, ne res sacre prophanētur, vel extra Ecclesiā efferātur, igne (nisi aliud illi iudicauerint) cōsumant, ac cineres in sacram piscinam projiciant, aut loco honesto, vbi nullus transitus est, sepeliant.

*Dist. t. c. Al-  
tatis palla.*

60. Quæcunque sui muneris sunt, ipsi met obeant. Si quando autem vel in pulsandis campanis, vel alijs similibus ministerijs, in quibus aliorum egent auxilio, alij asciscendi erunt; eos asciscant, qui ad hæc ex officio suo,

Zz

aut

aut ordinatione Ecclesiæ obligati sunt; aut si certi ab Ecclesia destinati ad hæc non sint (quod tamen vt inepti & dissoluti, cum Ecclesiæ ministris consortium nullum habeant, factum vbiq; velimus) non alios asciscant, quàm qui singulari quadam modestia præditi, religiosè ac piè in domo Dei conuersari nouerunt.

*Statut. VII  
belmi cap 31.  
pag. 182. d.*

61. Si quæ præterea ex Ecclesiarum quibus seruiunt cõsuetudine vel præscriptione eis facienda incùbant, eadem perinde ac si hîc recensita essent, omni cum diligentia præstent, ac Ecclesiarum suarum Rectoribus, humiliter ac obedienter in omnibus parent.

62. Iisdem in omni munere regiminis eorum, pro suo modulo adiumento sint; & quæcunque eis suggerenda aut indicanda cognouerint; eadem ne quid latere eos possit, iisdem suggerant, atque vt officium suum præstare possint, reuelent.

63. Si autem ex his quæ Custodibus obseruanda digessimus, quædã in Cathedralibus Ecclesijs à Thesaurarijs, Magistris fabricæ, Virgiferis: & in Abbatijs, Cœnobijs, aut Monasterijs, à Procuratoribus, Janitoribus, alijsq; Canonis, Clericis aut Ecclesiarum ministris curanda sint, & quæcunque alia eis incumbentia officia Decani, Abbates, alijsq; Ecclesiarum Prælati ac Religiosorum Præfecti ab ipsis præstari curent, & decorem domus Dei, ad eiusdem honorem & gloriam, omnibus modis tueantur, ac promoueant.

## DE DIVINIS OFFICIIS.

1. Si in quibuslibet Ecclesiasticæ reformationis capitibus sollicitè, magnaq; animi contentione laborandum est, vt nihil inordinatum remaneat, nihil integritatis suæ splendori non restitutum: multum magis contendendum est, & feruenti zelo curandum, vt diuinis officijs, sa.